

Livello A: tempo di esecuzione 90 minuti, senza dizionario. Ogni risposta vale un punto;
VALUTAZIONE:

A1: 75% del punteggio totale della prima parte (primi 5 esercizi 24/32); viene attribuito l'A1 anche se lo studente svolge entrambe le parti e consegue almeno 24/44.

A2: 75% del punteggio totale 33/44, di cui almeno 8 nella seconda parte (ess. 6-7)

Oenomaus Summarium

Quomodo Hippodamia, Oenomai filia, a Pelepe Tantali filio uxor ducta sit dolo atque in Peloponnesum adducta.

1	<u>Oenomaus</u> , Martis et Asteropes Atlantis filiae filius, <u>habuit in coniugio</u> ¹ Euareten Acrisii filiam, ex quā procreavit Hippodamiam, virginem eximiae formae, quam nulli ideo dabat in coniugium, quod sibi responsum fuit a genero mortem cavēre ² . Itaque <u>cum complures eam peterent in coniugium</u> , simultatem constituit se ei daturum ³ , qui secum quadrigis certavisset , victorque exisset, quod is equos aquilone ⁴ velociores habuit; victus autem interficeretur ⁵ . <u>Multis interfectis</u> , novissime ⁶ Pelops, Tantali filius, cum venisset et capita humana super valvas fixā ⁷ vidisset eorum, qui Hippodamiam in uxorem petivérant, paenitēre eum coepit ⁸ regis crudelitatem timens. Itaque Myrtilo aurigae ⁹ eius persuasit regnumque ei dimidium pollicētur ¹⁰ , si se adiuvaret. Fide datā Myrtillus currum iunxit ¹¹ et clavos in rotas non coniecit ¹² ; itaque equis incitatis currum defectum ¹³ Oenomai equi distraxērunt ¹⁴ . <u>Pelops</u> cum Hippodamia et Myrtilo <u>domum victor cum rediret</u> , cogitavit sibi opprobrio ¹⁵ futurum et Myrtilo fidem praestare ¹⁶ noluit eumque in mare praecipitavit, a quo Myrtoum pelagus ¹⁷ est appellatum. Hippodamiam in patriam adduxit suam, quod Peloponnesum appellatur; ibi ex Hippodamia procreavit Hippalcum Atreum Thyesten.
5	
10	

Glossarium

¹ *habuit in coniugio*

in matrimonium duxit

² *a genero mortem cavēre*

generum eum necaturum esse

³ *simultatem constituit se ei daturum*

ad certamen eos vocavit, promittens filiam ei qui...

⁴ *aquilone* (abl.)

vento

⁵ *victus autem interficeretur*

qui autem certamine victus erat, necabatur

⁶ *novissime*


ad extremum, postremo

⁷ *super valvas fixā*

ad regiae fores adfixā

⁸ *paenitēre eum coepit*

(Pelops) putavit se in certamine mori posse



⁹ *auriga*

qui currum dicit

¹⁰ *quadriga*

currus

¹¹ *regnumque ei dimidium pollicētur*

partem regni ei promittit

¹² *currum iunxit*

currum paravit

¹³ *clavos in rotas non coniecit*

rotas rupit

¹⁴ *defectum*

ruptum

¹⁵ *distraxērunt* (distraho, -is, -traxi, -tractum, -ere)

vastavērunt

¹⁶ *oppobrio*

ignominia

¹⁷ *praestare*

servare

¹⁷ pelagus

mare

1. Completa la parafrasi del testo, inserendo al posto giusto 6 parole scelte fra quelle in calce (6 punti).

Oenomaus, Martis filius, ex Euarete unam _____ habuit, cui Hippodamiae nomen dedit. Oraculum autem ei dixit se a filiae coniuge interfectum iri. Qua re, quamquam Hippodamia virgo a plurimis in matrimonium petita erat, pater _____ eam dare volebat. Itaque, ut filiae petitores falleret, statuit cum illis certamen facere: “si quadrigis victus fuero”, dixit, “filiam meam victori dabo; si autem vicero, petitor filiae mortem adibit”. Cum ei equi velocissimi essent, Oenomaus pro certo habebat se victurum esse. Illo _____ multi iuvenes mortui erant, cum Pelops eo pervenit. Ut Hippodamiae patrem falleret, a Myrtilo _____ petivit, qui Oenomai quadrigam regebat, eique dimidiam partem regni promisit. Cum Myrtilus Oenomai currus rotas rupisset, Pelops _____ fuit. Tamen, quia nolebat regnum cum Myrtilo dividere, illum necavit. Postea Hippodamiam in _____ duxit, ex qua tres filios habuit.

- | | | | |
|-------------|---------------|-----------------|---------------|
| 1. parte | 4. ad | 7. vicisset | 10. filiam |
| 2. victor | 5. datum fuit | 8. Peloponnesum | 11. neminem |
| 3. auxilium | 6. nemini | 9. certamine | 12. supposuit |

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta: vero o falso (6 punti).

1. Oenomaus ex Asterope filiam procreavit	V	F
2. Multi in matrimonium Hippodamiam petebant	V	F
3. Complures Hippodamiae petitores in exilium pulsi sunt	V	F
4. Myrtilus Pelopis auriga erat	V	F
5. Myrtilus prodidit Pelopem, quia eius dolum palam narravit	V	F
6. Pelops Oenomaum dolo vicit	V	F

3. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti).

1. Quis erat Oenomaus?
 - a) Euaretis Acrisii filius
 - b) Martis et Asterope Atlantis filiae filius
 - c) Hippodamiae filius
 - d) Iuvenis eximiae formae

2. Cur Oenomaus nemini Hippodamiam filiam in coniugium dabat?
 - a) Quia Hippodamia virgo eximiae formae erat
 - b) Quia complures eam in coniugium petebant
 - c) Quia sibi responsum erat a genero mortem cavere
 - d) Quia nemo quadrigis eam vincere poterat

3. Cui Oenomaus constituit Hippodamiam in coniugium dare?
 - a) Ei qui equos aquilone velociores habebat
 - b) Ei qui secum quadrigis certavisset, victorque exisset
 - c) Ei qui eximiam formam Hippodamiae laudavisset
 - d) Ei qui Myrtilo partem regni promittebat

4. Cur Pelops auxilium Myrtilli petuit?
 - a) Quod Oenomai crudelitatem timebat

- b) Quod complures Hippodamiam in coniugium petierant
- c) Quod ipse Myrtilus auxilium dare volebat
- d) Quod Myrtilus ei regnum promiserat

5. Cur Myrtilus Pelopi auxilium dedit?
- a) Quod multi iuvenes iam interficti erant
 - b) Quod Pelops ei dimidium regni promiserat
 - c) Quod Pelops Tantali filius erat
 - d) Quod auriga regis erat

6. Cur Pelops noluit Myrtilo fidem praestare?
- a) Quod eum crudelem putabat
 - b) Quod timebat ignominiam futuram
 - c) Quod Myrtilus fidem non servaverat
 - d) Quod Myrtilus Hippodamiam rapuerat

7. Quem finem Myrtilus in sorte habuit?
- a) Myrtilus noluit Oenomaum adiuvare
 - b) Equi eum distraxerunt
 - c) Myrtilus in mare praecepitatus est
 - d) Myrtilo Hippodamia in coniugium data est

8. Quo Pelops Hippodamiam duxit?
- a) In Peloponnesum
 - b) In mare Myrtoum
 - c) In patriam patris Oenomai
 - d) In patriam quod Hippalcum appellatur

4 Scegli la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti)

1. r.2 quam:

- a. pronomine relativo riferito a *Hippodamiam*
- b. congiunzione subordinante
- c. pronomine relativo riferito a *formae*
- d. pronomine relativo riferito a *filiam*

2. r.3 quod:

- a. pronomine relativo accusativo neutro singolare
- b. pronomine relativo nominativo neutro singolare
- c. aggettivo interrogativo accusativo neutro singolare
- d. congiunzione causale

3. r.4 quadrigis:

- a. ablativo plurale
- b. dativo plurale
- c. accusativo plurale
- d. genitivo singolare

4. r.4 certavisset:

- a. congiuntivo imperfetto attivo 3^asingolare
- b. infinito perfetto attivo
- c. congiuntivo piuccheperfetto attivo 3^asingolare

d. congiuntivo piuccheperfetto attivo 3^plurale

5. r.7 **qui**:

- a. nesso relativo
- b. pronomo relativo riferito a *eorum*
- c. pronomo relativo riferito a *capita*
- d. pronomo relativo riferito a *Pelops*

6. r.10 **incitatis**:

- a. participio perfetto dativo plurale
- b. participio perfetto ablativo plurale
- c. congiuntivo presente attivo 2^plurale
- d. indicativo presente attivo 2^plurale

7. r.11 **sibi**:

- a. pronomo personale riferito a *Mytilo*.
- b. pronomo riflessivo riferito a *Pelops*
- c. pronomo riflessivo riferito a *victor*
- d. pronomo personale riferito a *Hippodamia*

8. r.13 **in patriam**:

- a. accusativo di fine
- b. accusativo di moto a luogo
- c. accusativo di moto per luogo
- d. accusativo di stato in luogo

5. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (4 punti).

A. r. 1 Oenomaus (...) **habuit** in coniugio Euareten

Euaretes in coniugio Oenomai _____

B. rr. 3-4 Cum complures eam **petērent** in coniugium

Quia complures eam _____ in coniugium

C. r. 6 Multis interfectis, (...) (paenitēre eum coepit)

Postquam ab Oenomao multi _____, (paenitēre eum coepit)

D. r. 10-11 Pelops (...) domum victor cum rediret

Dum Pelops domum victor _____

Pelopis et Hippodamiae filii Summarium

Pelops et Hippodamiae duos filios habuerunt, Thyestem et Atreum, qui inter se asperimi inimici fuérunt. Tyestes fratri uxorem amavit et filium eius necavit. Atreus, vindictam cupiens, filios Thyestis occidit et fratri edendos dedit.

1	Thyestes, Pelopis et Hippodamiae filius, quod cum Aeropā Atrei uxore concubuit ¹ , a fratre Atreo de regno est electus ² . At <u>fratris Atrei filium Plisthenem</u> , quem pro suo educavērat, <u>ad Atreum interficiendum</u> ³ misit; <u>quem Atreus credens fratris filium esse, imprudens filium suum occīdit</u> .
5	Thyesti responsum fuit, quem ex filiā suā Pelopiā procreavisset ⁴ , eum fratris fore ultorem ⁵ ; <u>quod cum audivisset, filiam compressit</u> ⁶ et puer est natus quem Pelopia exposuit; <u>quem inventum, pastores caprae subdidērunt</u> ⁷ ad nutriendum.
10	<u>Atreus, Pelopis et Hippodamiae filius, cupiens a Thyeste fratre suo iniurias exsēqui</u> ⁸ , <u>in gratiam cum eo rediit</u> et in regnum suum eum reduxit, filiosque eius infantes occīdit et epulis Thyesti apposuit ⁹ .

Glossarium

¹ cum Aeropa concubuit	Aeropam amavit
² est electus	est expulsus
³ interficiendum	occidendum
⁴ quem ... procreavisset	cui vitam dedisset, quem filium habuit
⁵ ultorem	vindicem
⁶ compressit	violavit, vim tulit
⁷ caprae subdidērunt	sub caprā posuērunt
⁸ iniurias exsēqui	iniurias vindicare
⁹ apposuit	dedit

6. Nella parafrasi del brano letto, che segue il primo analizzato, inserisci le parole mancanti, poste in calce in ordine alfabetico, flettendole adeguatamente (6 punti).

Duo fratres, Thyestes et Atreus, ex Pelope et Hippodamia nati sunt. Thyestes cum Atrei uxore se iunxit, qua re frater eum in _____ misit. Thyestes, qui vindictam cupiebat, nepotem suum Plisthenem, qui secum semper habuērat tamquam filium, ad Atreum misit. Atreus, cum nesciret Plisthenem _____ suum esse, eum necavit.

Thyestes oraculum audivit: si filia Pelopia filium habēret, ille Atreum vindicaret. Tunc Thyestes filiam suam violavit, ut ab eā ipse filium habēret eumque necaret. Pelopia autem, postquam puer natus est, eum occidere noluit et in silvā exposuit. Ibi pastores eum invenērunt et _____. Interdum Atreus _____ vindictam meditans, simulavit se velle cum fratre in gratiam redire. Thyestem ad se _____ et redditum fratris cenā celebravit. Thyestes secum infantes filios habebat; Atreus eos occīdit et in mensā fratris tamquam _____ posuit.

1. cibus, -i (m.)	4. par, paris (agg.)
2. exilium, -i (n.)	5. servo, -as, -avi, -atum, -are
3. filius, -i (m.)	6. voco, -as, -avi, -atum, -are

7. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (6 punti).

A. r. 2-3 [Thyestes] fratris Atrei filium Plisthenem (...) ad Atreum interficiendum misit (interficio, -is, interfeci, interfectum, -ere)

[Thyestes] fratris Atrei filium Plisthenem (...) ad Atreum misit ut eum _____

B. r. 3-4: Quem Atreus credens fratris filium esse, imprudens filium suum occīdit

Quem cum Atreus _____ fratris filium esse, imprudens filium suum occīdit (**cum narrativo**)

C. r. 6 Quod cum audivisset, [Thyestes] filiam compressit

Quibus rebus _____, [Thyestes] filiam compressit

D. r. 6-7 Quem inventum, pastores caprae subdidērunt

Quem pastores caprae subdiderunt, postquam ab iis _____

E. r. 8-9 Atreus (...), cupiens a Thyeste fratre suo iniurias exsēqui, in gratiam cum eo rediit
Atreus (...), quia _____ a Thyeste fratre suo iniurias exsēqui, in gratiam cum eo
rediit.

F. r. 8-9 Atreus (...) in gratiam cum eo rediit

Dicunt Atreum (...) in gratiam cum eo _____

Soluzioni prova A1-A2 (Hyginus, *fab.* 84)

1. Completa la parafrasi del testo, inserendo al posto giusto 6 parole scelte fra quelle in calce (6 punti).

Oenomaus, Martis filius, ex Euarete unam (10. FILIAM) habuit, cui Hippodamiae nomen dedit.

Oraculum autem ei dixit se a filiae coniuge interfectum iri.

Qua re, quamquam Hippodamia virgo a plurimis in matrimonium petita erat, pater (6. NEMINI) eam dare volebat. Itaque, ut filiae petitores falleret, statuit cum illis certamen facere: “si quadrigis victus fuero”, dixit, “filiam meam victori dabo; si autem vicero, petitor filiae mortem adibit”. Cum ei equi velocissimi essent, Oenomaus pro certo habebat se victurum esse. Illo (9. CERTAMINE) multi iuvenes mortui erant, cum Pelops eo pervenit. Ut Hippodamiae patrem falleret, a Myrtilo (3. AUXILIUM) petivit, qui Oenomai quadrigam regebat, eique dimidiam partem regni promisit. Cum Myrtilus Oenomai currus rotas rupisset, Pelops (2 VICTOR) fuit. Tamen, quia nolebat regnum cum Myrtilo dividere, illum necavit. Postea Hippodamiam in (8 PELOPONNESUM) duxit, ex qua tres filios habuit.

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta: vero o falso (6 punti).

1. Oenomaus ex Asterope filiam procreavit	V	F
2. Multi in matrimonium Hippodamiam petebant	V	F
3. Complures Hippodamiae petitores in exilium pulsi sunt	V	F
4. Myrtilus Pelopis auriga erat	V	F
5. Myrtilus prodidit Pelopem, quia eius dolum palam narravit	V	F
6. Pelops Oenomaum dolo vicit	V	F

3. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti).

1. Quis erat Oenomaus?

a) Euaretis Acrisii filius

b) Martis et Asteropes Atlantis filiae filius

c) Hippodamiae filius

d) Iuvenis eximiae formae

2. Cur Oenomaus nemini Hippodamiam filiam in coniugium dabat?

a) Quia Hippodamia virgo eximiae formae erat

b) Quia complures eam in coniugium petebant

c) Quia sibi responsum erat a genero mortem cavere

d) Quia nemo quadrigis eam vincere poterat

3. Cui Oenomaus constituit Hippodamiam in coniugium dare?

a) Ei qui equos aquilone velociores habebat

b) Ei qui secum quadrigis certavisset, victorque exisset

c) Ei qui eximiam formam Hippodamiae laudavisset

d) Ei qui Myrtilo partem regni promitterebat

4. Cur Pelops auxilium Myrtilli petiit?

a) Quod Oenomai crudelitatem timebat

b) Quod complures Hippodamiam in coniugium petierant

c) Quod ipse Myrtilus auxilium dare volebat

d) Quod Myrtilus ei regnum promiserat

5. Cur Mytilus Pelopi auxilium dedit?
- a) Quod multi iuvenes iam interfecti erant
 - b) Quod Pelops ei dimidium regni promis̄erat**
 - c) Quod Pelops Tantali filius erat
 - d) Quod auriga regis erat

6. Cur Pelops noluit Myrtilo fidem praestare?
- a) Quod eum crudelem putabat
 - b) Quod timebat ignominiam futuram**
 - c) Quod Mytilus fidem non servav̄erat
 - d) Quod Mytilus Hippodamiam rapuērat

7. Quem finem Mytilus in sorte habuit?
- a) Mytilus noluit Oenomaum adiuvare
 - b) Equi eum distrax̄erunt
 - c) Mytilus in mare praecipitatus est**
 - d) Myrtilo Hippodamia in coniugium data est

8. Quo Pelops Hippodamiam duxit?
- a) In Peloponnesum**
 - b) In mare Myrtoum
 - c) In patriam patris Oenomai
 - d) In patriam quod Hippalcum appellatur

4 Scegli la risposta esatta fra quelle proposte (8 punti)

1. r.2 **quam:**

- a. pronomē relativo riferito a *Hippodamiam***
- b. congiunzione subordinante
- c. pronomē relativo riferito a *formae*
- d. pronomē relativo riferito a *filiam*

2. r.3 **quod:**

- a. pronomē relativo accusativo neutro singolare
- b. pronomē relativo nominativo neutro singolare
- c. aggettivo interrogativo accusativo neutro singolare
- d. congiunzione causale**

3. r.4 **quadrigis:**

- a. ablativo plurale**
- b. dativo plurale
- c. accusativo plurale
- d. genitivo singolare

4. r.4 **certavisset:**

- a. congiuntivo imperfetto attivo 3[^]singolare
- b. infinito perfetto attivo
- c. congiuntivo piuccheperfetto attivo 3[^]singolare**
- d. congiuntivo piuccheperfetto attivo 3[^]plurale

5. r.7 **qui:**

- a. nesso relativo

b. pronomo relativo riferito a *eorum*

- c. pronomo relativo riferito a *capita*
- d. pronomo relativo riferito a *Pelops*

6. r.10 **incitatis**:

- a. participio perfetto dativo plurale
- b. participio perfetto ablativo plurale**
- c. congiuntivo presente attivo 2^plurale
- d. indicativo presente attivo 2^plurale

7. r.11 **sibi**:

- a. pronomo personale riferito a *Mytilo*.
- b. pronomo riflessivo riferito a *Pelops***
- c. pronomo riflessivo riferito a *victor*
- d. pronomo personale riferito a *Hippodamia*

8. r.13 **in patriam**:

- a. accusativo di fine
- b. accusativo di moto a luogo**
- c. ablativo di stato in luogo
- d. accusativo di moto per in luogo

5. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (4 punti).

A. r. 1 Oenomaus (...) **habuit** in coniugio Euareten

Euaretes in coniugio Oenomai HABITA EST

B. rr. 3-4 Cum complures eam **peterent** in coniugium

Quia complures eam PETEBANT in coniugium

C. r. 6 Multis imperfectis, (...) (paenitēre eum coepit)

Postquam ab Oenomao multi INTERFECTI SUNT/ERANT, (paenitēre eum coepit)

D. r. 10-11 Pelops (...) domum **victor cum rediret**

Dum Pelops domum victor REDIBAT/REDIT

6. Nel seguente brano, tratto dal seguito di quello analizzato, inserisci le parole mancanti, flettendole adeguatamente (6 punti).

Duo fratres, Thyestes et Atreus, ex Pelope et Hippodamia nati sunt. Thyestes cum Atrei uxore se iunxit, qua re frater eum in EXILIUM misit. Thyestes, qui vindictam cupiebat, nepotem suum Plisthenem, qui secum semper habuerat tamquam filium, ad Atreum misit. Atreus, cum nesciret Plisthenem FILIUM suum esse, eum necavit.

Thyestes oraculum audivit: si filia Pelopia filium haberet, ille Atreum vindicaret. Tunc Thyestes filiam suam violavit, ut ab ea ipse filium haberet eumque necaret. Pelopia autem, postquam puer natus est, eum occidere noluit et in silvā exposuit. Ibi pastores eum invenierunt et SERVAVÉRUNT. Interdum Atreus PAREM vindictam meditans, simulavit se velle cum fratre in gratiam redire.

Thyestem ad se VOCAVIT et redditum fratris cenā celebravit. Tyestes secum infantes filios habebat; Atreus eos occidit et in mensā fratris tamquam CIBUM posuit.

7. Trasforma le forme verbali evidenziate inserendole nel nuovo contesto (6 punti).

A. r. 2-3 [Thyestes] fratris Atrei filium Plisthenem (...) ad Atreum interficiendum misit (interficio, -is, interfeci, interfectum, -ere)

[Thyestes] fratris Atrei filium Plisthenem (...) ad Atreum misit ut eum INTERFICĒRET

B. r. 3-4: Quem Atreus credens fratris filium esse, imprudens filium suum occidit

Quem cum Atreas CREDĒRET fratris filium esse, imprudens filium suum occidit (**cum narrativo**)

C. r. 6 Quod cum audivisset, [Thyestes] filiam compressit

Quibus rebus AUDITIS, [Thyestes] filiam compressit

D. r. 6-7 Quem inventum, pastores caprae subdidērunt

Quem pastores caprae subdiderunt, postquam ab iis INVENTUS ERAT/EST

E. r. 8-9 Atreus (...), cupiens a Thyeste fratre suo iniurias exsēqui, in gratiam cum eo rediit
Atreus (...), quia CUPIEBAT a Thyeste fratre suo iniurias exsēqui, in gratiam cum eo rediit.

F. r. 8-9 Atreus (...) in gratiam cum eo rediit

Dicunt Atreum (...) in gratiam cum eo REDIRE/REDI(VI)SSE